



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Relatio Iudicu[m] causarum absentiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Synodo non comparuerunt, coram ipsis deductis, ita Illustriss. D. Metropolitano retulerunt. Qui postea audita relatione & instantia iam facta super causis Reuerendiss. Episcoporum absentium, decreuit ut infra post relationem.

**Relatio Reuerendissimorum Dominorum Iudicium causarum absentiarum.**

**N**os Iudices excusationum Reuerendissimorum Dominorum Episcoporum huius Provinciae absentium per Illustrissimam D. T. deputati, examinauimus & considerauimus causas absentiarum Reuerendissimorum DD. Episcoporum, qui in hac sexta Synodo Provinciali interesse tenentur, & de singulis ad hunc modum Illustrissima Amplius tuæ referimus, ut quod iustum fuerit, statuere & decernere possit Illustrissima Dominatio tua.

Reuerendissimus D. Episcopus Vercellensis, nuncium Apostolicum agit, & legatione fungitur pro Sanctiss. D. N. PP. apud Cæsaream Maiestatem in Germania; & hanc sua absentiarum causam allegat uti notoriam, & probat per suos procuratores, quos ad hanc synodus cum legitimo mandato misit.

Similiter Reuerendiss. D. Episcopus Nonariensis visitatoris Apostolici munere fungitur in Civitate & Diœcesi Genueni; & hanc causam absentiarum uti notoriam allegat, & procuratores suos cum legitimo mandato misit ad hanc Synodus.

Reuerendiss. D. Episcopus Laudensis, nuncij Apostolici munere fungitur in Hispania apud Regiam Catholicam Maiestatem, uti est notorium, & pro notorio legitime per singularem nuncium ad hanc synodum destinatum deducitur: sed nullum misit procuratorem cum legitimo mandato, ad acceptandum ea quæ statuentur & decernentur in hac sexta Synodo provinciali.

Reuerendiss. D. Episcopus Sauonensis, apud Auenionem res agit Sanctiss. D. N. Papæ & Sanctæ Sedis Apostolicae, & id Illustriss. D. T. notum est, atque hanc absentiarum eius causam notoriam esse constat; sed nullum legitimum procu-

ratorem in hac sexta Synodo compareare studuit.

Reuerendiss. D. Episcopus Placentinus nondum rediit a legatione, qua fungebatur pro Sancta Sede Apostolica apud Regiam Catholicam Maiestatem in Hispania, uti est notorium, & Illustriss. D. V. satis constat de hac eius absentiarum causa: sed nullum misit procuratorem cum legitimo mandato, ad acceptandum ea quæ statuentur & decernentur in hac sexta Synodo Provinciali.

Reuerendiss. D. Episcopus Aquensis abest propter causas Illustriss. D. T. notas, & procuratorem misit cum legitimo mandato, qui eius nomine in Synodo compareat, & decretal acceptet, eisque subscribat.

Reuerendiss. D. Episcopus Casalensis abest propter illas causas, quas Illustriss. D. V. per epistolam & singulares nuncios suos significauit; quibus etiam mandatum dedit, ut pro eo absente in Synodo compareant, & ea quæ statuentur, acceptent.

Reuerendiss. D. Episcopus Albiganen. abest; absentiarum causas ignoramus: nec ullum destinauit procuratorem legitimum, qui pro eo compareat, & alia quæ ei incumbunt, præstet.

Sedes Episcopalis Vigleuanii vacat.

**Decreta Illustrissimi Metropolitanus** per absentiam Reuerendiss. Episcoporum.

**N**os Carolus &c. Auditis & intellectis petitionibus RR. DD. Promotorum, & relationibus Reuerendissimorum D. Episcoporum, Derton. & Brixien. ac M. R. D. Vicarij nostri Generalis, delegatorum Iudicium excusationum Reuerendissimorum Episcoporum absentium, decernimus & pronunciamus ad hunc modum de eisdem absentibus Reuerendissimis DD. Episcopis huius provinciae nostræ Mediolanensis, qui ad hanc sextam Synodum Provinciali vocati sunt, & interesse tenentur, & de causis absentiarum corundem, ac mandatis in hac sexta provinciali exhibitis.

Reue-

